

multiplicatio enim fit per partes non fecus ac in quantitibus simplicibus. Porro in multiplicatione quatuor operationis partes considerari debent, nempe signa, coefficientes, litteræ, & exponentes; hinc quatuor præscribuntur regulæ. 1 Si signa fuerint eadem, positiva scilicet, vel negativa; productum fit positivum: contra autem si fuerint diversa, productum est negativum. Ita $+$ \times $+$ $=$ $+$, \times $-$ $=$ $-$; $-$ \times $+$ $=$ $-$; & $-$ \times $-$ $=$ $+$. 2 Coefficientes in se invicem multiplicantur. 3 Litteræ ordine alphabetico scribuntur, nullo interposito signo. 4 Si quantitas aliqua exponents afficiatur, eaque multiplicari debeat per eandem litteram exponents itidem affectam, littera illa semel in producto scribenda est; ita ut tamen hujus quantitatis exponents æqualis fiat exponentium summæ.

Operatio tota patet exemplo.

Exemplum.

$$a^2 + 2ac - bc$$

$$a - b$$

Quantitas multiplicanda superiori loco scribitur. Deinde mul-

$$a^3 + 2a^2c - abc$$

$$- a^2b - 2abc + b^2c$$

tuplicatur per a , $a^3 - a^2b + 2a^2c - 2abc + b^2c$ & producta singula infra lineolam scribuntur. Postea fit multiplicatio per $-b$, productaque infra apponuntur, & tandem productorum partes singulæ, ut moris est, in summam colliguntur. Id vero pro majori additionis facilitate observandum est, ut scilicet similes productorum partes aliæ sub aliis scribantur & sibi invicem respondeant, ut in additione præscripsimus. Quod spectat tres ultimas operationis partes, hæc satis patent